Il.k.
7

QUOD DEUS BENE
VORTAT!

# GAMICA
# SIBERO-ZINCKI-
# ANA,

ad VIII. Novembris
*Anni*
cIↄ Iↄc LIX.

---

*GRAMMATA BERGIANA,*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-93331-p0001-3

A.a

GAMICA

SPONSO

*VENERABILI ET CLARISSIMO,*

DOMINO

# JUSTO SIBERO,

Philoſ. Magiſtro, & Poëtæ Laureato Cæſ. ſcriptis nobili, Paſtori hodie Scandano ad Albim vigilantiſſimo,

SPONSÆQ;

*PIÆ ET VIRTUOSISSIMÆ VIRGINI*

# CATHARINÆ,

*Viri pereximii eſt prudentiſſimi,*

DN. PAULI ZINCKII,

Senatoris Dreſdenſis Spectatiſſimi Filiæ natu ſecundæ

Bona hæc verba

Bona hæc omina

*ſcribunt & nuncupant*

Patronorum

Fautorum

Affinium atq;

Amicorum

NOMINA.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-93331-p0002-9

*NUptias* JUSTUS *celebrat* SIBERUS
*Cultus Orator nitidusq; Vates,*
ZINCKIAM *jungens ſibi, ſic volente*
*Numine, Natam.*

*Qvi caballinos bibitis liqvores,*
*Docta gens Phœbi, fidium potentes,*
*A novô* SPONSO *priùs elocatas*
*Reddite Muſas.*

*Et tot in Nuptos alios faventer*
*Anteà fuſos revocate cantus;*
*Impari qvamvis lituô, minori*
*Non tamen æſtu:*

*Ac lyras veſtras, & amœniora*
*Pro novis tædis ſociate plectra,*
*Tam pari pulchro thalami benigna*
*Fata precantes.*

*Audiat cœli pia verba rector,*
*Et ſimul* Myſtæ *ſimul &* Mariti
*Auſibus ſanctis benedicat amplè*
*Omne per ævum!*

Amoris & Honoris causâ
*f.*

CHRISTOPHORUS BULAEUS,
SS. Th. D. Dreſdæ Superint.

SCAN-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-93331-p0003-4

## GAMICA

SCANDA *vacat: Te* SCANDA *vocat: ne* ſcandere *ceſſa,*
Scanſilis *hicce* CHORUS: ſcanſilis *hicce* TORUS:
*Ergò qvod eveniat* FELICITER! *oſcine cygno*
SCANDÆ ſcande CHORUM, ſcande, *SIBERE*, TORUM.

*Scandano recens-Paſtori*
exaluminato ſuo
*SIBERO*
*hujus-olim-ſcanſionis*
præſagus
*FREIBERGÆ*
SEBASTIANUS Gottfried Starck / D.
P. & Superintendens.

*MActe novo Thalamo, Reverende Vir atq; Poëta,*
*Inſignis, fauſtum qvem DEus eſſe velit.*
*Jam Phyſicen praxi diſces, qvam Virgo docebit,*
*Hic nihil efficient pulpita docta ſcholæ.*
*Auram igitur veluti concedit ductile ferro*
*Artificis, tibi ceu carmina pulchra fluunt;*
*Sic nova Nupta tibi licitis in rebus, ut opto,*
*Obſeqvium præſtet, ſitq; medela potens.*
*Tunc DEus atq; homines Vos amplectentur amore,*
*Proleq; erit ſanâ poſt benedicta domus.*
*Hoc* σχεδίασμα *ſacrum veſtris ſit ſvavibus auſis,*
*Vivite Concordes atq; valete. ſat eſt.*

Boni onimis ergò apponebat
Georgius Emmenius, Philoſ. Lipſ.
& Patavii in Italiâ Medicinæ legitimè
promotus Doctor, p. t. Polia-
ter Haynenſis.

Vidi

VIdi SIBERUM ſitientem Palladis Artes,
Cingentemq; ſacræ Frondis honore Caput.
Vidi divarum tractare negotia rerum,
Eqve DEI Verbo diſcere jura DEI.
Vidi è ſuggeſtu pia ſpargere ſemina CHRISTI,
Eloqvij cultâ fertilitate ſui.
Vidi, *Patronis* ſvadentibus omnibus æqvè,
*Paſtoris* ſanctum munus obire boni.
Et vidi & dixi: SIBERUM, nomen adeptum
Tandem præclarum, ſecula cana canent.
Vidi SIBERUM conſtringere colla lacertis
*Virginis* & blandis oſcula ferre genis.
*Virginis* intêgræ, qvæ intêgro nata *Parente*,
Cujus ineſt animo Candor, in ore Fides.
*Virginis* integræ, qvâ non eſt caſtior ulla,
Virgineis multùm nobilitata bonis.
Nunc etiam video SIBERUM fœdere junctum
Conjugij, & junctam ſuſcipere in thalamum.
Omnia qvæ vidi prono conamine cœpta
Adjuvit Dominus proſperitate ſuâ.
Adjuvet & poſthac, ut ſit SIBERUS in omni,
Qvicqvid agit, felix terq; qvaterq; diu.
Inq; *Choro* inq; *Thoro* ſuccedant ſingula fauſtè.
Sic *Ipſo* nullus fauſtior eſſe poteſt.

*Ex animo*

*M. Daniel* Schneider/ *Miſenenſis*,
*in Electorali Dreſdâ ad D. Crucis*
*Symmyſta*.

# I.

## In diſceſſum Siberianum
ad obeundam Spartam.

AT *qvæ, CLARE SIBERE, abituro vota,* diſerte
*ORATOR, vates* ingenioſe *feram?*
Palladiis dilecte viris, dilecte Camenis,
*PHILOLOGE* inſignis, panſophe *PHILOSOPHE.*
*Qvò non præclaris eniſus es hactenus auſis?*
*Ipſus* Apollo *Tibi, qvod tenet, omne dedit.*
*I* pede *felici, felicibus utere fatis,*
*Qvò DEUS & SuPERUM juſſa verenda vocant.*
Scande Scandaviæ cathedram *feliciter.* Olim
Altius adſcendes, ſi tuus eſſe velis.
*Exſere divinum pectus, mentemq; profundam,*
*Cœleſtiq; tuum nectare paſce gregem.*
*Dogmata pura doce, labentes erige, pravos*
*Corrige, pro populi funde ſalute preces.*
*Vade bonis GENIIS cœli ſtipatus,* JOVA
In Te diffundat omnis amoris onus.
*Vive diu, longumq; vale, noſtriq; memento.*
Sed fidus ſolvi tempore neſcit amor!
*Ito, precor,* Biſmilla-hirrahma-nirrahimi *ſic!*
Non poterit votum plenius eſſe meum.

# II.

## In reditum Siberianum
ad celebrandas Nuptias.

S*It fortunatum, ſit fauſtum, ſitq; quietum,*
*Sit tranquillum, ſit fertile Conjugium.*

*Fœcun-*

*Fœcundum, concors, benedictum, SPONSE, per omnes*
*Annos ſit!* majus, quod precer, ecquid erit?

*Ita Clariſſimo ſuo SIBERO omnia fauſta, & Eccleſiæ Chriſtianæ ſalutaria apprecatus animitus gratulat. in Electorali Dreſdâ.*

M. Joh. Bohemus
Poët. Caeſ. Rector.

---

DE thalami propriis ſi perluſtrare Sophorum
Scripta placet priſcûm, dogmata mira leges.
Hic amat, ille odit: probat hic, ſed devovet ille:
Poſtulat hic ſociam, ſed vetat ille torum:
Aſſerit hic ſtygio qvod conjux dæmone pejor,
Alter eam pœnam comprobat eſſe viro:
Eſſe malum perhibet dulce hic, qvod dulcia coſtæ
Mella viro ſpargat, felq; recondat amor:
Iſte toro junctum bis lætas cernere luces
Affirmat, primam cum nova ſponſa datur.
Altera ſit vitâ defunctâ claudit ocellos
Cum ſociata ſuos. (ô mala verba mali!)
Sed contra Jovæ cœtus ſacra jura profeſſus,
Sanctè habuit ſemper fœdera caſta tori.
Certè Sponſe ſapis, qvod vir cupis eſſe maritæ
Unius & qvod amas connubiale jugum.
Gratulor indè tibi, cœlum votisq; fatigo:
Sit ſine lite Domus; non ſine prole torus!
Vivite felices, nil turbet gaudia veſtra,
Percingant veſtros proſpera fata lares!

Ut

Ut Magnes ferrum trahit, & ceu vitis ab ulmo
Attrahitur firmâ tempore qvippè ſuo:
Sic ſocialis amor vos jungat firmiter ambos,
Copulet & conſtans pectora veſtra Fides.
Turtur ut æqvali conſors cum turture vivit:
Cum Sponſa vivas ſic bone Sponſe tuâ.
Te pia fata regant, *Tua ſit, clariſſime Sponſe,*
*Sponſa tibi in curis dulce levamen* (Ech:) *Amen*!

## Eteologia.

LVX nItet In ſterILI bIs qVarta, sIBERE, NoVEMbrI,
QVâ aDVenIt Ipſa tVos ſponſa VenVſta toros.

αὐτοχεδ: *faciebat Leubenitij*

*M. Georgius Gerlach*,
*P. L.*

## Epigrammata Nuptialia

*Feſtivitatis ergò*
*â ſponſorum nominibus arrepta.*

*I.*

I*N molli Arcadiâ, veteres dixêre Poëtæ,*
Cynthià carmen erit, *Cynthia carmen erat.*
*Qvàm facile inverſu, nôſti, SIBERE Poëta,*
*Nempe per antitypum, ZINCKIA carmen erit?*
*CINXIA carmen erit. Satis eſt jam carminis, Ohe!*
*Scandendum ulteriùs, ZINCKIAS uxor erit.*

*II. Cinqve,* qvinq;
*Sunt* tria, *ſuntq;* duo *par impar, utraq;* qvinq;
Qvinqve *eſt Sponſa tua, ergo eſt* tria, *ſitq;* duo.

*Adde*

*Adde, qvod intetulit numeroſus Horatius olim,*
*(Nam nôſti hunc ungves ceu digitosq; tuos)*
Ludere par impar, eqvitare in arundine longâ,
*Tî* prius, *at pueris* hoc *dabis ipſe tuis.*

*III.*

*Hactenus* unus *eras, & fis citò* qvinqve. *Qvid obſtet,*
*Qvo minu,* ſex, ſeptem, octoq;, novem *atq;* decem?
*Ex numeris fiunt namq; omnia, & omnibus inſunt*
*Hi numeri: addantur* millia, *dives eris.*

*IV.*

JUS TUS *Grammatis ſunt Neutra, &* JUSTUS *iisdem.*
*Maſculeus: ſed nunc* fœmina *utrumq; tenet.*

*V.*

*Tu* cribrum cribri cribro cribrum *injice*, cribro
Cribrabis *farris dulcia grana boni.*

*hæc ad ſympoſiaſtica bellaria*
*namq;*
*ad JHOVAM calidum concepi in pectore votum*
*pro*
*amico veteri. Adfini novo*
*SIBERO clariſſimo*
*Budiſſæ Luſatiæ*

Johan. Theil/ M. P. L. C.
Schol. Evangel. ibid. Rect.

*Seriùs hoc carmen miſſum eſt, ideoq; digno debitoq; loco non potuit inſeri.*

QVando his diebus, quæ paras Hymeneia,
SIBERE Amice, feſta mecum cogito,

Multo Vir innutrite, ſive ſit ſacrum
Seu ſeculare ſit, Sopho; crebrò ſimul,
Quas *ante* ſeptem annos habebam nuptias,
Animum in meum cadunt, cùm cogito,
Quàm nuptiæ meis tuæ ſe conferant.
Nempe hoc eodem *tempore* atque uno die,
Quod ſummus eſſe proſperum ſinat DEUS!
Atq; his in ipſis *ædibus*, connubio
Tibi *puella* jungitur, quæ cum Meâ
Unius eſt *propaginis*, quæque jam illius
*Ætatis* eſt matura, cujus tunc erat
Jungenda mihi; bina innuo decennia.
Jam quòd *parentes* attinet, planè unius
Etartis atque honoris & ſtatûs erant,
Queîs vera pietas plurimùm canaq; fides
Curæ atque cordi, mentibus qui candidi,
Viri optimi, nulli graves, omni utiles.
Nolim augurari. Sed novis tantùm precor
Nuptiis, precabar olim quæ mihi
Ipſi, atq; ſinguli precabantur boni.
Et quando fas eſt, tale, quin felicius
Vobis precor connubium, lætum puta,
Incolume, longum, ſuave & optatiſſimum,
Multi unde gnati prodeant Vobis pares,
In veſtra mutua & parentum gaudia.

*Admodùm Rever. Clariſſimoque Dn. Sponſo, Affini & Amico honorando, feſtinante calamo, at LMq. ſcrib.*

M. JOH. ANDR. LUCIUS,
Sereniſſ. SAX. ELECTORIS,
Concionator Aulicus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-93331-p0010-3

בש״ש:

Siberiana tæda,
Opitii poëma,
Tſcherningii noëma
vult Riſtii lepóres
Flemmingii ſalesq;,
quos Muſa noſtra neſcit.
Siberiana fama,
Apollinis canori
teſtudinem ſonoram,
novenſiles ſorores,
Charites ſimul requirit,
quas Muſa noſtra vixſcit.
Tædæ Siberianæ,
famæ Siberianæ
rudis Thalia noſtra,
votum ſacrum ſacrabit,
valentius vel aurô,
perennius vel ære,
exaudias, JESU!
Qui vos creavit ambos,
ambos Jehovah jungat!
Qui vos cruore lavit,
Benedictor eſto veſter!
Qui vos ſacravit ambos
Baptiſmatis lavacrô
(amoris illa ſacra,
Gnati Patrisq; flamma,
Gnati Patrisq; πνεῦμα)
aurô valentiore,
ferrô perenniore,
amoris Ille vinclô
vînclô liget-cor-ambûm!
Vos ſanitate, pace,
benedictione Vosq;
beet TRIAS ſacrata!
Repleas polum, ſacerdos!
repleat thorum, ſacerdos!
thorulus ferat ſubindè
Siberulos, Siberas!
Siberulas, Siberos!
Saturi vitæ migretis
ad gaudium beatum,
credentibus paratum!
Qui ſolus hoc paraſti,
exaudias, JESU!

Honoris ac ſingularis Amoris ergo
ὁλοψύχως συγγαίρων ſcribeb.
Johannes Sinapius, Eccleſ.
Budiſſin. Diaconus.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-93331-p0011-9

ἐπιθαλάμιος χέδιος

*ex Voto,*

*κλείω ἀπὸ τοῦ κλείειν i. e. celebrare, ſc. à gloria & celebritate rerũ geſtarum, qvas canit, dicta.*

SPONSA cluet CLIO; qvæ qvippe SECUNDA SORORUM:
Hâc Uxoratus, SPONSE, CELEBRIS eris.
SPONSE, CELBRIS eris nunc-tunc UXORE CELEBRI,
Qvæ CELEBRIS variis dotibus atq; bonis.
Qvæ CELEBRES illas VIRTUTES atq; SALUTES,
Qvas CELEBRIS Salomon laudat, in aſſe tenet.

*Prov. c. XXXI.*
*à v. 10. ad XXXI.*

*AMICI CAUSA*
*Cupidè cupiente.*

Chr. Horn/ Dr. Ph. & P. C.
Papſt. Paſt.

# SIBERO,

PENITUS-MEO,

*uti VIRO Venerabili,*
*ita JAM-SPONSO amabili,*

σπουδαίως ζῆν
καὶ
σπεύδειν βραδέως!

I

STubriziis Tædis *ſurgebas Numine plenus,*
*Carmine vatidico talia vota dabas;*
Urere: nox veniet: parient hæ poſtmodò flammæ
Fortè *STUBRIZIOLUM*, fortè *STUBRIZIOLAM.*

*Alte.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-93331-p0012-4

*Alternis vicibus bis ter mea ſponſa enixa eſt,*
*Inde* STUBRIZIOLUM, *moxqve* STUBRIZIOLAM.
*Grata fides Veri! ſolet eſſe Propheta Poëta:*
*Jam miro petulans ordine Juno redit.*
*Ulciſcar voti myſteria,* SCITE SIBERE,
*Vates Connubij dum ſatago eſſe Tui:*
Suſcipias, (benè Rege volente valente Poſorum,)
Sæpè SIBERIOLOS, ſæpè SIBERIOLAS!

II.

SIBERUS *Phœbus ſit:* CINCKIA CYNTHIA *Phœbo,*
*Conjugium cœlum: ſydera ſint ſoboles.*

Reverendi Nominis Tui
Æternum-Amicus
Pyladæo
*AMORE*
*MORE*
*ORE*
*RE, ut nôſti,*

*ſcribebat Budiſſæ Luſatorum tumultuariè,*
*inter inſtantaneos ſexti puerperij qvondam ſponſæ* Stubrizianæ *tumultus,*

MARTINUS STUBRIZ,
P.L.R.C.Cur. OctoViralis ſaxon. ſupr. in March. Luſat. ſuper p. t. Advocatus Cauſarum.

# GAMICA

PRofuit haut paucis ſubiiſſe Palatia Dreſdæ,
Hoſpitium & Muſis hîc petiiſſe ſuis.
Sed magis ex voto cui res ſucceſſerit unqvam,
Qvâm TIBI, vix aliqvem, JUSTE, fuiſſe reor.
Nam Mecænatem primùm manciſceris illum,
Qvi vult, qviq; poteſt demeruiſſe Suos.
Hinc Tua Te Pietas, Virtus, Facundia, Vena
Commendant magnis de meliore Viris.
Sponte inde offertur Provincia ſacra gerenda
Qvà pulchra Albiacis Scanda rigatur aqvis.
Nunc dimittaris ne ſolus ab urbe, Puella
In thalamum, nulli laude ſecunda, venit
Qvippe cui Pater eſt inſignis honore Senator,
Mater fœminei gemma coruſca chori.
Ipſaq; virgineæ decus admirabile gentis,
Seu formam ſpectes, ſeu Pietatis opes.
De cunctis brevibus TIBI gratulor, optoq; porrò
Eveniant votis congrua cuncta Tuis.
Sic, ut permultas animas lucreris JESU,
Et ſis in Domini fidus ubiq; domo.
Cumq; Tua in ſeros vivas feliciter annos,
Utens omnigenâ proſperitate Tori.

## Eteologia.

*VIrgIne. SIBERVS. PVRA. OFFICIOQVE. POTITVR.*
*VTRAQVE. RES. VOTIS. VTRAQVE. DIGNA METRIS.*

Amoris & honoris ergò

M. BENIAMIN STOLBERGIUS,
Schol. Dreſd. ConRector.

CHarus Amicus eras, dum nos Luneburga tenebat,
Cujus adhuc ſoleo ſæpius eſſe memor.
Hactenus æqvè meus manſiſti verus Amicus,
Ceu tua teſtata eſt Siberiana fides.
Porrò talis eris, tua ni Catharillis Amica
Ereptum totum Te velit eſſe ſuum.
Sed volet atq; velit! velit id Pater ipſus Olympi
Vincula qvi caſti nectit amica thori.
Hoc benè Amicitiâ cum noſtrâ ſtatq; valetq;,
Nam magis hanc firmat qvàm malè turbat eam.
Gratulor ergò Tibi de cœpto hoc nuper amore
Gratulor exq; animo proſpera qvæq; precor.

In honorem & fraterni Adfectus teſtimonium
olim & olim
ſuo Amico Fratri-Fautori
perqvàm colendo
Iſaacus Starck/
Scholæ ad D. Cruc.
Coll. Tert.

DUm nactus Sponſam ſociam, quæ gloria dici
Virginei ſexûs poſſit; ſeu ſtemmata clara
Spectes, in lucem quibus eſt prognata Parentum;
Seu raram ſtupeas virtutem, & cætera dona
Queîs alias inter Nymphas, ceu Gemma, refulget:
Iure haud immerito TE toto ex aſſe beatum
Noſtra Thalia vocat; ſimul & veneratur IOVAM
Vt, Neonymphe, Tuum nitidis circumvolet alis

Con-

*Condida pax Thalamum; feliciter omnia cedant*
*Sisq; diu incolumis, pulchrâ cûm Conjuge, cernas*
*Natorum natos in proſperitate perenni*
*Sic mea Muſa vovet, quamvis non divite venâ.*
*MAXIME, Tu voto da pondus ineſſe, IEHOVA!*

Debiti affectûs ergò appon.

M. Auguſtus Laurentius.

## Hirten-Ode
### über des getreuen Strophons glücklich angefangene und vollendete Liebe.

1.

STrephon den berühmten Hirten
Trug Belieben zu bewirthen/
Vnſer edles Meißner-Land/
Das gab jhm gewündſchte Weyde/
Da da fand Er ſichre Freude
Vnd ein hochgeneigte Hand.

2.

Drumb Er bald auffs neu ergriffe
Seine Pfeiff' und ſüſſer pfiffe/
Als Er hatte vor gethan;
Das beweiſt ſein Jugend-richten/
Sein nach Tugend-ſtetes-richten
Wurd beliebt von jedermann.

3.

Was geſchah! nach Gottes ſchicken
Muſte ſichs zum Glücke glücken
Das Er noch am Elbe-Strand/
Wo viel fette Schäffer-Heerden
Springend ſtets gefunden werden/
Eine ſchöne Heerde fand.

4.

Bald darauff ſich dieſer Hirte
In der Liebe faſt verwirrte/
Daß in ſeinem Liebes-Leib/
Er ſo balde nicht wurd' innen/
Neben welcher Schäferinnen
Er ſolt' haben ſeine Freud'

5.

Seufftzend gieng Er auff und nieder/
Warff von fern ſein Augen-Lieder
Auff der Catharillen Bild/
Sprach: möcht ich nur balde wiſſn/
Ob ich ſolte dieſe küſſen/
Den wär auch mein Leid geſtille.

6.

Strephon wiewohl halb verzaget/
Schloß doch endlich friſch gewaget

Iſt

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-93331-p0016-7

Jſt ſchon halb gewonnen Spiel/
Soll es ſeyn/ſo wirds geſchehen/
Solls nicht ſeyn/ſo laß ichs gehen/
Was Gott Will das ſey mein Ziel.

7.

Strephon wolt ſein Seufftzen enden/
Wagt es/ſich getroſt zu wenden
Nach der Zinckſchen Hütten hin/
Da wurd Er gar wol empfangen
Vnd vergnüget ſein Verlangen/
Alles gieng nach ſeinem Sinn.

8.

Seine ſchöne Catharille/
Keuſch in Sitten/fromm und ſtille/
Fühlte bald im Hertzen Brand/
Ob ſie ſichs ſchon nicht ließ mercken/
Denn es war noch jung in Wercken/
War ſie jhm doch zugewandt/

9.

Alles wurde wol gehandelt/
Daß in Kühnheit ſich verwandelt/
Jhrer liebe Blödigkeit;
Lieblich muſt ſich alles blicken
Vnd durch Gottes Schickung ſchicken/
Lieb und Dienſt war ohne Streit.

10.

Sehet was das Glücke machet
Wann deß Himmels Güte lachet
Vnd ſein Ja-wort dazu giebt/
Denn ſo muß der Neydhard ſehen
Daß/was Gott wil / muß geſchehen/
Ob es manchen ſchon betrübt.

11.

Niemals hat ja je betrogen
Vnd den Frommen vorgelogen
Fromm ſeyn/Gottesfurcht/Gedult/
Endlich/endlich muß es kommen/
Daß das Glücke hilfft den Frommen
Vnd bezahlt jhm ſeine Schuld.

12.

Drumb Jhr Hertz-vertrauten Beyde/
Liebt und lebt in ſüſſer Freude/
Gott hat alles wohl gemacht/
Was unmüglich / macht er müglich
Vnd verſchaffets ſo vergnüglich/
Was zu vor man nie gedacht.

13.

Der es nun ſo wohl gefüget
Schaffe daß jhr auch vergnüget
Ferner glücklich lebet hier
Vnd daß euch deß Himmels Güte
Stets beſchütze/ ſo behüte
Wie ich ſelber wünſche mir.

14.

Geht nun hin und brecht die Früchte/
Die durch Scham und gut Gerüchte/
Biß hieher verſparet ſeyn;
Soll das Brechen aber glücken/
So laſt nach neun Monden blicken
Gretgen oder Henſelein.

übergeben von Strephons altem
Pyladæiſchen Freunde

M. Chriſtian Bernharden/
der H. Schrifft Befliſſ.

# Anrede
# An den Herrn Bräutigam
## Seinen beſondern
## werthen Brůderlichen Freund.

SO darff der Außgang deiner Jugend
in froher Luſt und Freude gehn/
itzt kömbt die Zeit da deine Tugend
und Kunſt in gleicher Würde ſtehn.
Durch GOTT wird dir dein ſauer Wachen
verkehrt in lauter Luſt und Lachen.

Die Tugend/ die mit Kunſt vermählet
bricht/ ungeacht der Mißgunſt/ vor/
und ob ſich Neidhard noch ſo qnählet/
ſo ſteht ſie doch am Sternen Chor/
da kan ſie auch wohl feſte bleiben/
ſo lange man wird Tugend ſchreiben.

Du biſt geziehrt mit ſolchen Gaben/
die faſt mehr Gött- als Menſchlich ſeyn/
was andre nur kaum entzlen haben/
das weiſt du und iſt dir gemein/
Gelehrte Kunſt iſt dein Vergnügen/
drümb biſt/ du Werther/ hochgeſtiegen.

Sie rühmet dich bey groſſen Leuthen/
und trägt dich ferne in die Welt/

du

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-93331-p0018-8

du biſt vergnügt zu allen Zeiten
und Tugend iſt dein Gut und Geld/
die Tugend iſt ſo dich ergetzet/
wenn Vnglück auff dich Zähne wetzet.

Doch mangelt dir nichts am Gelücke
du ſitzt der Ehren in der Schos.
Gott Hymen giebt dir Liebes-Blicke/
du biſt nun aller Sorgen loß/
weil du dir eine Liebſt erkohren
die von der Tugend ſelbſt gebohren.

Sie iſt dir ähnlich am Gemüthe/
den Höchſten liebt ſie allezeit.
Sie iſt geziehret im Geblüthe
mit Tugend und der Erbarkeit.
Es ſeynd bey ihr auch noch mehr Gaben
die Augen/ Hertz/ und Ohren laben.

Kein beſſer Band kan ſeyn auff Erden
als wenn ſich freyet gleich und gleich;
das ſoll und muß gelobet werden/
weil man da iſt geduppelt reich.
Drüm biſt du/ Sieber/ recht verneuet
daß du/ was dir iſt gleich/ gefreyet.

So geh! ümfange deine Liebe/
genieſſet eure junge Zeit/



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-93331-p0019-7

Nichts finde ſich das Euch betrübe
Euch küſſe lauter Einigkeit.
GOTT geb' und laß Euch auch den Segen/
Der bey den Eltern hat gelegen.

Daniel Gräſer.

---

SChöne Freundin/ liebe Muhme
Aller Jungfer Schmuck und
Bluhme/
Außerwehlte Dreßnerin/
Schwerlich gläubt ſie meinẽ Wor-
ten/
Was geſtalt ich aller Orten
Bey mir ſelbſt ſo frölich bin
Neulich nur iſt es geſchehen
Daß ich einen Brief geſehen/
Einen Brief von lieber Hand/
Welcher mir dann ihr Verlangen/
Und wie Amor ſie gefangen
Zur genüge hat bekant.
Him̃el! dacht ich/ ſind die Sinnen
Endlich auch noch zu gewinnen
Die vordeß kein Band geacht?
Ja; denn aller Menſchen leben
Iſt der Endrung untergeben/
Die uns leicht zu Sclaven macht.
Doch ſie hat es wol getroffen/
Denn worauff noch andre hoffen
wird ihr heute zugeführt;
Sie darf nicht/ wie manche Martẽ/
Sorgen/ und vergeblich warten/
Ob ſich wo ein Freier rührt.
Sieber der gelehrten Sonne/
Hat zu ſeiner Seelen Wonne
Sie vorlängſt ſchon außerſehn
Weil des Him̃els ſchluß und Wille/
Dem wir billich halten ſtille/
Es mit ihr ſo ließ geſchehn.
Muhmgen/ wegẽ ihrer Jugend/
Und belobten Zucht und Tugend
Iſt ſie Siebers freylich werth;
Und auch Er hat ſolche Gaben/
Die von ihr erfordert haben/
Daß ſie ſich mit ihm ernehrt.
Unſer Sieber wird in allen
Ihr gewiß recht wolgefallen/
Alles was er redt und thut/
Zeiget klärlich was für Geiſter
über dieſen klugen Meiſter
Biß dahero ſtets geruht.

Was

Was Er in dem ſüſſen Dichten
Durch ſein ſchreiben kan verrichtē
Das weiß nu die gantze Welt:
Wie Er aber durch ſein Lieben
Jhr ſich gantz und gar verſchrieben/
Das weiß auch das Sternen-Feld.

Lebet wol und lebet lange!
Kömmt es etwa/ daß euch bange
Jn der Ehe werden will/
Seyd verſichert/ Euer Klagen
Wird GOtt ſelber helffen tragen/
Geht indeß nur an das Spiel!

Auff
die Sieberiſche und Zinckiſche Hochzeit
in Dreßden/
ſendete dieſes auß Wittenberg

Georg Rudolff.

# SCAZON.

SIBERE clare, *dulce mel Camœnarum,*
*Et Svada Templi muſtulenta Scandani,*
*Dreſdæa Virgo moribus piis, atq;*
*Virtute florens, dùm thorum tuum ſcandit,*
Cœleſte Numen *næ Tuis favet cœptis!*
*Lætæ Camœnæ ſvave Epos Tibi cantant,*
*Charisq; triplex eleganter applaudit.*
*Verùm mihi nec Cynthius favet ſcribam ut*
*Verſus ſüäves debitos Tuis tædis,*
*Nec Dis favere vult, ut obferam munus:*
*Concors ſit & mens, & ferax thorus veſter,*
*Res ampla, honorq; ſit ſenecta ſic ſoſpes,*

*Vobis!* JEHOVAM *fatigare perſiſto.*
*Meum hocce Votum fecerit ratum* JESUS!
*Meliora dona nemo donet, aut Phœbi*
*Aut gnatus ille, ſit licèt (puto) Crœſi.*

# Sonnet.

Seht/ wie das Lorbeer-Laub die grüne Myrthe liebet/
Seht wie der Lorbeer-Zweig ſich umb dieſelbe legt/
Wie wann der ſchlancke Pfahl die volle Traube trägt/
Die uns den ſüſſen Wein/ die Hertzen-Stärckung giebet/
So wird auch dieſes Paar vom Himmel nie betrübet:
Weil Eol ſeinen Klang in ſanfften Weſt erregt/
Und weil das Sternen-Haupt den Flammen-Lauff bewegt/
So wird die Lorbeer-Frucht bey Mirthen ausgeübet.
Ich ruffe Glück darzu/ der Lorbeer blühe für/
Die Myrthe ſtehe ſtets in ihrer Tugend-Zier/
Es gönne Regens-Gold der Himmel ihren Schatten/
Umb daß ein ſteter Lentz den Winter wiſſe nicht/
Weil an dem Himmel ſcheint das Gold-beflam̃te Licht/
Und ſich in Wäldern mög' ein Turtel-Paar vergatten.

*Hiſce Reverendo & Clariſſimo Dn.* SIBERO
*Ejusq; Svavio* πολο-καὶ ἐυτεκνίαν
πολο-καὶ ἐυτυχίαν *cordicitùs adprecatur*

Gothofredus Hartſerus,
SS. Theol. Conſecraneus.

Orea-

# Oraculum veriſſimum
*ex Anagrammate*
profectum
## Iuſtus Siberus,
## Uſus Tibi ſerus.

NAvita non ſemper timidus pernavigat æquor,
Interdum portum littus habere videt,
Quò laceram læto perducit pectore navem,
Neſcitq; exultans, quid faciendo facit;
Exclamat: Sôcii, in portu jam navigo tuto!
Jam ſpirat velis aura ſecunda meis!
Jam Scyllam nihili facio mittoq; Charybdim,
Sirenum cautus effugio incolumis!
Rideo jam ventos rabidos fluctusq; frementes,
Olim quæ paſſus, jam meminiſſe juvat;
SIBERE, ô Nauta, jam terq; quaterq; beate,
Jam data ſunt navi littora tuta tuæ!
Quàm lætor tecum; Quàm pectore gratulor imo,
Ereptum cernens, te ſuperaſſe mala!
Crede mihi, neq; enim ignari ſumus ante malorum,
Quæ Muſæ noſtris expoſuêre Tuæ:
Daq; mihi veniam; forſan meminiſſe juvabit,
Si nunc in vulgus prodo tacenda mihi.
Dum venti & fluctus jactarent undiq; navem,
Sæpè mihi triſti talia verba dabas.
Sum Polypus, nuſquam ſedes mihi fata quietas
Oſtendunt, mox hic; jam modo verſor ibi.
Patroni omnes ſtant ſpectantq; natantem
*Spem vanam vendunt prætereaq; nihil.*

Qvid

Quid ſudâſſe juvat? Quid prodeſt multa tuliſſe?
Quæ jam præmia ſunt? Quisq; refertur honos?
Aſt ſartor ſutorq; valet præfertur & Arti,
Quæ jam preſſa jacet; nummus ubiq; potens.
Aurea ſunt ſecla, omniâ jam vertuntur in aurum
Et pudor & virtus ære venalis adeſt.
Ibimus, ibimus, ô Luci, patriam repetitum;
Fors ibi ſors Muſis mitior eſſe volet.
Sin pergat; ſacrabo membra hæc muſica Marti;
Hæc fuit in ſcriptis clauſula ſumma tuis.
Ah Domine evigila tandemq; adverte precanti
Aures & vigilans percipe vota mea!
En Deus audivit, ſimul ac miſit *Palinurum*,
Cui MAGNUS SAXO credere magna ſolet.
Hic videt errantem mœſtum revocatq; timore,
Navem gubernans, auxiliante Deo.
Ut paucis dicam; Tandem direxit in illum
Portum, quem jam jam conſpicit eſſe bonum.
Prorſus crediderim *Auguſtum rediiſſe benignum*,
Otia qui fecit tanta, SIBERE, Tibi.
*Applicatio Anagrammatis. & Alluſio*
Ut tandem, quid ſit, cernas, *Uſus tibi ſerus*
Quod probat Oraculum, nomen & omen habens.
Hunc Uſum duplum, triplum quadruplumq; videbis,
Ut juxta ſeriem continuandus eat.
O felix uſus veniens tàm fœnore magno,
Is non eſt ſerus qui bonitate ſcatet.
Hunc ut perpetuò Domini benedictio ditet,
Apprecor atq; opto corde SIBERE tibi!
Sis felix in Verbo, ut CHRISTO adducere poſſis,
Tot turmas hominum, quot vehit aſtra polus!

Inq;

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-93331-p0024-1

Inq; Thoro felix, modò quò tua lumina vertas,
Ut SIBERIADUM, creſcat ubiq; genus?

## Zugabe.

HErr Sieber/ werther Freund/ du haſt ſehr wohl gelernet/
Wie man durchſieben ſoll/ was etwan iſt entfernet/
Vom reinen Jungfervolck; weil du ſo lang geſiebt/
Biß endlich blieben iſt/ was dich von Hertzen liebt.
Herr Zincke/ lachet ſelbſt/ daß du ſo wohl kanſt ſieben/
Und läſt gar wohl geſchehn/ daß du magſt kühnlich lieben/
Sein Catharingen nun/ die dir iſt anvertraut/
Vons Prieſters hoher Hand als eine reine Braut!
Wir alle wüntſchen dir zu ſolchem klugen Sieben
Daß ihr in Einigkeit ſolch Sieben möget üben.
Und man nach dieſem ſeh'/ ihr habet wohl geſiebt/
Wenn uns Frau Sieberin ein Sieberlein hergiebt.

Solches ſchrieb ſeinem hochgeehrten treuen
Brüderlichen Freunde an ſeinem Hochzeit-
lichen Ehren-Tage auß Schuldigkeit

Daniel Lucius, Dippold. Miſn.
SS. Theol, Stud.

## AMORI CONJUGALI
*Dn.*
## M. JUSTI SIBERI
Paſtoris Scandavienſis

R*Etia tendebant nuper tria Numina Claro*
*SIBERO, JUNO, PALLAS, amica VENUS*

*Illius ſvavem captabant ſingulæ amorem,*
*Ejus & optabant poſſe fauore frui.*
*Hunc* primo *acceſſit PALLAS juvenilibus annis,*
*Artibus exornans, moribus & poliens.*
*Ornatum excepit JUNO, Temploq; ſacravit.*
*Amplexa eſt ulnis hunc cito* Scanda *ſuis*
*Ingeniiq; bonis frueretur ut aptius, ipſum*
*Inter Paſtores juſſit habere locum.*
*Hoc ubi Caſta VENUS vidit, vehementius inſtat,*
*Poſſet ut hunc totum reddere jure ſuum.*
*Unde ſuum maturè expandit rete, qvid illud?*
*Hoc CATHARINA eſt Filiia Zinckiſij*
*Officium Dreſdæ tribuit cui Curia magnum,*
*Vir pietate probus, qvi probitate pius.*
*Qvod cùm cognovit caſtâ cum* Pallade Juno
*Lilicula eſt inter non levis orta Peas,*
*Qvam placidè magnus componens Juppiter, omnes*
*Jus in SIBERUM juſſit habere ſuum.*
*Sed tamen hac lege atq; hac conditione, ſeqventem*
*Per menſem imperium ut Sola VENUS teneat.*
*Aſſurgunt* Juno Pallasq; *Jovi, undiq; lætæ*
*SIBESUMq; ſuum qvælibet eſſe putat*
*Attamen ad menſem, & qvod fortè excurrerit, uni*
*Concedunt regimen, qvod placet &* Veneri.
Scilicet eſt liciti tam magna potentia Amoris
*Huic uni ut cedant Numina bina DEÆ.*
*Sed jam veſper adeſt; Venus & ſua caſtra locavit,*
*Ite domum juvenes: cedite vosq; Deæ.*
*Veſper adeſt, ite, ut ſvadent orientia ſomnum*
*Sidera: ſomnum aliis Sponſo at Aypnoſynen.*

*Suſci-*

*Suſcitet & vigilem ſponſis nox conſcia Flammam,*
*Marte ſed hos placido bella ciere ſinat.*
*Permittat neutrum lethali vulnere læxi,*
*Qvin jubeat pugnam multiplicare Genus.*

Hanc amicitiæ & Ob-
ſervantiæ teſſeram ponebat

Johannes Grietner,
SS Theol. Stud.

# An
# den Herren Bräutigam/
## Welcher
## ſich mit einer Zinckin
### vermählete.

JM Reden mächtig ſeyn/ Apollens Leyer führen/
In ſchönem Lorbeer gehn; und andrer Hnupt bezieren/
Auff Sophiens Altar gekrönet oben ſtehn/
Mit GOttes Schäffgen aus auff reine Weide gehn;
Iſt Fuch noch nicht genug. Jtzt ſeyd ihr erſt geflieſſen.
Wie ihr Muſic erlernt/ wolt viel von Noten wiſſen/
Doch hör' ich daß kein Thon/ kein Klang Euch mehr beliebt/
Noch mehr zu Hertzen ſteigt/ alß den ein Zincke giebt.
Auff dieſem wolt Jhr Euch/ wie ſichs gebühret üben/
Und dieſeu Zincken Klang für anderm Klange lieben/
Drauff ſoll ein Diſcantiſt behäglich ſtimmen drein/
Und ſo fort alle Jahr der Chor vermehret ſeyn.
Nu wol! Es ſey alſo! GOtt laſſe dieſes ſingen/
Und dieſe Hauß-Muſic vor Jhme wol erklingen!



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-93331-p0027-8

Die Liebe ſey der Tact. Kein Schmertz- und Trauerklang/
Kein herbes Angſt-Geſchrey/ kein Streit und Leid-Geſang
Zerſtöre dieſen Thon! Friſch! blaſet euren Zincken.
Herr Sieber/ laſt nicht bald Hand/ Muth und Athem ſincken.
So bleibt Ihr denn mit Ruhm zugleich in einer friſt
Magiſter/ Redner/ Pfarr/ Poet und Zinckeniſt.

Mit Pflichtbegieriger Hand
ſchrieb dieſes

Caſpar Peucer/ von Straubingen
bey Ingolſtadt.

## An den Herrn Bräutigam.

ICh unterſteh mich viel
Herr Bräutgam Euch zu ſingen/
Wie aber kan mein Kiel
Sich durch die Wolcken dringen/
Wo aller Muſen Sitz/ wo ſelbſt Apollo ſchwebt/
Und wo Euch Famen-Hand biß an die Sterne hebt:
Dann Ihr von hohem Thron
Der Götter ſeyd begeiſtert
Daß Euer Hall und Thon
Die Hertzen künſtlich meiſtert/
Und ſpricht den Schwachen zu/ daß er viel Troſt empfind/
Und daß der Sünden Laſt von Ihm als Rauch verſchwind.
Ihr ſaget Centner-Wort
Pflegt ſie doch zuverſüſſen/
Ihr weiſt die Himmels-Pfort/
Laſt auch die Hölle wiſſen
Wenn Ihr ſchlagt in das Hertz mit des Geſetzes Keil
So plitzt mit ſolchem auch viel Gnade/ Troſt und Heil.

Ihr

Ihr habt auch lange Zeit
Die Todten ſehr geliebet/
Worin Ihr trefflich ſeyd
Beleſen und geübet/
Jetzt leget Euch GOTT ſelbſt ein recht Tractätgen bey/
Das da biß in den Todt ein Zeit-vertreiber ſey/
Drumb wüntſcht mein ſchwacher Geiſt
Mit halb-zerbrochnen Worten
Gar kurtz/ das was gut heiſt
Euch werde hier und dorten.
Ein mehrers kan ich nicht weil Ihr ſchon oben ſchwebt/
Und weil mein matter Sinn noch an der Erden klebt.

# Klag-Gedancken

## Der Lieb-löblichen Elb-Nymphen an ihre geliebte Jungfer Mit-Schweſter/ als ſie ſich des Jungfräulichen Ordens entſchlagen.

HAT Cupidgen dich erſchlichen/
Welchen du offt außgelacht
Und ihn gantz vor blind geacht;
Welchem du gar offt entwichen/
Und den Rücken zugewand/
Giebeſt dich in ſeine Hand:

Hat er dich ins Netz gerücket
Wie den Vogel in der Lufft
Der durch Locken wird gerufft/
Hat er nun dein Haupt umbſtricket
Da zu vor der Blumen Schaar
Hat bekrönt dein Jungfer-Haar.

Warumb pflegſtu Nymphen Freuden
Ach du Närrin unſer Zeit/
Die du dich verdumperſt heut
Zu verkehren in das Leiden:
Und verläſſeſt ſolche Stadt
Die ſo ſchöne Nymphen hat?

Wann wir künfftig werden ſingen
Daß der Wald von ſolchem Schall
Uns wird geben Widerhall/
Wird bey dir/ das Sauſe/ klingen;
Denn auff ſüſſe Liebes-Freud
Folget offters blaſſes Leid.

## Frau Venus denen Elb-Nymphen in die Rede fallend/ straffet ſie;

IHr ſchwätzigen Nymphen was ſollen die Wort/
Was plaudert und waſchet ihr? packet euch fort.
Was ſoll das Beginnen?
Nur weichet von hinnen/
Ihr ſollet entweder gar plötzlich erfahren/
Wie daß ich euch alle will treiben zu paaren.
Schweigt gönnet dem Bräutigam dieſes Gelück/
Daß ihme die Liebſte giebt freundliche Blick/
Er hat es verdienet/
Weil ſeine Kunſt grünet
Wo oben der Sonnen beſtrahlter Glantz ſchwebet
Und Fama die Tugend-Ergeben erhebet/
Nun laſſet mir dieſe itzt liegen in Ruh/
Und wüntſchet den Beyden Gelücke darzu/
Das Himmliſches Segnen
Sie wolle beregnen/

Daß ihnen das Glücke mag lieblich auffgehn
Als Cedern und grünende Palmen beſtehn.

Dem Herrn Bräutigam und deſſen Liebſten
als
Seiner geliebten Jungfer Muhmen
ſatzte diß zu Ehren
**Friedrich Voigt.**

WEil liebſte Schweſter/ ich kan ſchauen
Mit Freuden ſehen dich vertrauen
Dem der Dir iſt von Gott beſchehrt/
So ſollet Ihr Vertrauten Beyde
Bey euer ſüſſen Hochzeit-Freude/
Mit dieſen Wünſche ſeyn verehrt.

O Sonne/ Wonne dieſer Erden
Laß doch ein güldnes Leben werden
Stets zwiſchen dieſen liebſten Paar
Und ſtreue Gold in ihre Käſten
Sie wol mit Reichthumb zu beläſten
Auch ihre Tage mache klar

Ihr Lüffte tauet lauter Segen
Und laſſet trieffen wie den Regen
Glück/ Heil auff dieſes werthe Paar/
Ach laſſet keine Wolcke wittern
Und keinen Sturmer-Wind verbittern
Der Beyden Leben Zeit und Jahr!

Ihr Waſſer waſchet Sorg' und Leiden
Aus ihren Hertzen laſſet Freuden
Stets überſchwimmen dieſes Paar.

Für

Für ihre Thränen Waſſergüſſe
Viel Wein und Wonne auff Sie fleſſe
Und auch verlänger ihre Jahr.
O Erde fülle Küch und Keller
Und reich belege Tiſch und Teller
Dem ſüſſen Neuvertrauten Paar /
Dein offne Schos die ſoll gebären
Jhn alles was Sie nur begehren
Biß Sie doch ſpät ſind auff der Baar.

Dieſes wündſchet der Jungfer Braut erſter Bruder
Abraham Zinck.

MEin Schweſtergen viel Glücks zu deinem newen Orden/
Jn den der Wille Dich des Höchſten hat geſetzt/
Du biſt itz eine Braut nach GOttes Rath-Schluß worden/
Vnd hat dein Sieber Dich für ſeinen Schatz geſchätzt.
So liebe nun mit Glück / den der Dich gleichfals liebet.
Es ſey dein treues Hertz feſt an ſein Hertz geſchnürt.
Seyd Beyde ſolch ein Paar / um das man Segen ſpürt.

Glückwünſchend gabs der Jungfr.
Braut ander Bruder.
Samuel Zincke.

ACh kleiner Pumilus weiß nicht was Freyen iſt /
Doch ſeh ich / daß man auch beym Freyen lache und liebet /
Jch mercke daß die Braut faſt ihrer ſelbſt vergieſt
Vnd mit dem Bräutgam ſich iu mancher Kurtzweil übet.
Es muß was Süſſes ſeyn. Drum lach ich heimlich mit
Vnd ſeh von ferne zu. Es daure ſolche Freude
Die mier ſo woll gefält / GOtt ſegne Schritt und Tritt
Des Bräutgams und der Braut / und wehre allem Leide.

Dieſes dachte und dachte es auch nicht
der Jungfer Braut dritte Bruder
Christian Zincke.

§ (o) §

II.b.

7

QUOI

V

G

SIBERC … I-

ad VI

cl

GRAMMA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-93331-p0033-1